

A tentores in ciuitate & diecensi Tridentinensi, seu alibi commorantes & constitutos, quorum praesentia pro executio[n]e praemissorum & infra scriptorum facienda tute adi[re]ti non potest, per simile edictum pari modo & forma legendum, publicandum & affi- gendum, Fredericum ducem & alios occupatores & detentores tenore praesentium peremptorie citamus, ac per delegatos nostros supradictos citari uolumus & mandamus, quatenus ipse Fredericus dux & alii forsan occupatores & detentores huiusmodi moniti & req[ue]sti, octaua die post lapsum dictorum triginta dierum eis assignatorum immediate sequentium, si iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica extinc sequentia[li] uero, ut nobiles, capitanei, officiar[i] & subdit[i] per dictum huiusmodi moniti & exquisiti, uicesima die post lapsum dictorum sex dierum eis assignatorum immediate sequentium, si iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica sequenti, co- pareant coram nobis uel iudicibus per nos deputatis, seu interimi deputatis, pccnas, censuras ac sententias huiusmodi declarati, & ipse Fredericus dux procedi uisuri & audituri. Certificantes nihilominus eisdem, q[uo]d usq[ue] ad declarationem pccnarum praedictarum procedemus, iustitia mediante. Venerabilibus uero fratribus patriarchis, archiepiscopis & episcopis, quibus ob reuerentiam suarum pontificalium dignita- tum duiximus merito deferendum, si in praedictis deliquerint, uel aliquis eorum deli- querit, sex dierum canonica monitione praemissa ingressum ecclesiae interdictum in

B his scriptis. Si uero huiusmodi interdictum per alios sex dies sustinuerint, seu alter eoz sustinuerit, ipsos suspendimus a diuinis. Si uero huiusmodi interdicti & suspen- sionis sententias animis (quod absit) sustinuerint, uel alter eorum (quod absit) sustinu- erit induratis, ipsos exnume prout extunc, & extunc prout exnume, excommunicatio[n]is sententia innodamus. Inferiores uero episcopos, qui in praemissis exequendis negligentes fuerint, uel eorum aliquis negligens fuerit, post lapsum sex dierum terminum excommunicationis sententiam incurrire uolumus ipso facto. Absolutionem uero omnium & singulorum, qui praefatas nostras sententias aut earum aliquam incur- rent, uel aliquis eorum incurrit, quoquomodo nobis aut summo futuro pontifici tantummodo referuamus. Loca uero audientia, & ualuarum praedictarum tanquam publica & idonea ad executionem praedictorum (ut praemititur) publicandum ad instar publicorum edictorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur, duxiimus eli- genda, quæ praesentes nostras literas suo quasi sonoro præconio & patulo iudicio pu- blicabunt, in quibus nostras literas modo praemisso decernimus publicandas, ne præ- nominati moniti & citati, de præmissis aliquam ignorantiam pretendere ualeat, uel etiam allegare, cum nō sit uerisimile, apud dictos sic citatos & monitos remanentes in- cognitus, quod tam pateter & notorie extitit publicatum. Volentes nihilominus & decernentes, q[uo]d praesentes nostræ literæ dictos monitos & citatos perinde arcent & astringant, ac si eoz proprijs personis publicatae fuissent. De executio[n]e praemisso et de his quæ in p[ro]missis et quolibet p[ro]misso uos p[re]scripti uenerabiles fratres patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, uosq[ue] alii delegati nostri feceritis, seu aliquis eoru[m] fecerit, nos per instrumenta publica sua alia legitima documera legitime certificare non obmitta- sis, sub pccna supradictis, quibus & cuiilibet uestrum in præmissis dabimus plenam fidem. Datum Constantiæ undecimo calendaras Decembri, Anno à nativitate domini millesimo quadragesimo quinto apostolica fede vacante.

Quibus lectis, fuit responsum, dictum, & alta uoce clamatum per dominos Con- cordiensem Italica, Tolonen, Gallicanæ, Merseburgensem Germanicæ, & Carthaginensem Anglicanæ episcopos quatuor nationum, & per eoz quemlibet nomine ipso- rum & cuiilibet eorum, placet, & per dictum dominum Ostiensem nomine colle- gij cardinalium, placet. Procurator uero prefati domini ducis protestatus fuit de nul- litate monitorij & de grauamine, & appellando, petiti instrumentum.

Congregatio ad audiendum relationem ambasatorum misso- rum ad Petrum de Luna & regem Aragonum,